

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

(Aus der Rede eines Senators gegen einen umstürzlerischen Proconsul)

Quod ego vos oro atque obsecro, patres conscripti, ut animadvortatis neu patiamini licentiam scelerum quasi rabiem ad integros contactu procedere. nam ubi malos praemia secuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est.

an exspectatis dum exercitu rursus admoto ferro atque flamma urbem invadat? quod multo propius est ab eo quo agitat statu quam ex pace et concordia ad arma civilia. quae ille advorsum divina et humana omnia cepit, non pro sua aut quorum simulat iniuria, sed legum ac libertatis subvortundae. agitur enim ac laceratur animi cupidine et noxarum metu: expers consili, inquies, haec atque illa temptans, metuit otium, odit bellum. luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur vostra socordia. neque mihi satis consili est, metum an ignaviam an dementiam eam appelle, qui videmini tanta mala quasi fulmen optare se quisque ne adtingat, sed prohibere ne conari quidem.

et quaeso considerate quam convorsa rerum natura sit: antea malum publicum occulte, auxilia palam instruebantur, et eo boni malos facile anteibant. nunc pax et concordia disturbantur palam, defenduntur occulte. quibus illa placent in armis sunt, vos in metu. quid exspectatis, nisi forte pudet aut piget recte facere? an proconsulis mandata animos movere? qui placere ait sua quoique redi et aliena tenet, belli iura rescindi, quom ipse armis cogat, civitatem confirmari, quibus ademptam negat, concordiae gratia tribuniciam potestatem restitui, ex qua omnes discordiae adcaesae.

pessume omnium atque impudentissime, tibine egestas civium et luctus curae sunt? quoi nihil est domi nisi armis partum aut per iniuriam. alterum consulatum petis quasi primum reddideris, bello concordiam quaeris, quo parta disturbatur, nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum: ut te neque hominum neque deorum pudet, quos per fidem aut periurio violasti! qui quando talis es, maneas in sententia et retineas arma, te hortor, neu prolatandis seditionibus, inquies ipse, non in sollicitudine adtineas. neque te provinciae neque leges neque di penates civem patiuntur: perge qua coeptasti, ut quam maturrume merita invenias!

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Erklären Sie die Besonderheiten der Wortform *subvortundae* in Z. 7!
2. Erklären Sie die Syntax des *qui*-Satzes in Z. 10f.!
3. Erklären Sie Form und Funktion von *movere* in Z. 15, von *reddideris* in Z. 20!
4. Erklären Sie die Form des Wortes *coeptasti* in Z. 25!

Vorbemerkung:**Nachtermin**

- I. Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

M. Cicero imp. s.d. M. Catoni.

... Quaeres fortasse quid sit quod ego hoc nescio quid gratulationis et honoris a senatu tanti aestimem. Agam iam tecum familiariter, ut est et studiis et officiis nostris mutuis et summa amicitia dignum et necessitudine etiam paterna. Si quisquam fuit umquam remotus et natura et 5 magis etiam, ut mihi quidem sentire videor, ratione atque doctrina ab inani laude et sermonibus vulgi, ego profecto is sum.

Testis est consulatus meus, in quo sicut in reliqua vita fateor ea me studiose secutum ex quibus vera gloria nasci posset, ipsam quidem gloriam per se numquam putavi expetendam. Itaque et 10 provinciam ornatam et spem non dubiam triumphi neglexi, sacerdotium denique, cum, quem ac modum te existimare arbitror, non difficillime consequi possem, non appetivi. Idem post iniuriam acceptam, quam tu rei publicae calamitatem semper appellas, meam non modo non calamitatem sed etiam gloriam, studui quam ornatissima senatus populique Romani de me iudicia intercedere. Itaque et augur postea fieri volui, quod antea neglexeram, et eum honorem, qui a senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum a me olim nunc mihi expetendum puto.

15 Huic meae voluntati, in qua inest aliqua vis desideri ad sanandum vulnus iniuriae, ut faveas adiutorque sis, quod paulo ante me negaram rogaturum, vehementer te rogo, sed ita, si non iejunum hoc nescio quid, quod ego gessi, et contemnendum videbitur sed tale atque tantum, ut multi nequaquam paribus rebus honores summos a senatu consecuti sint.

20 Evidem etiam illud mihi animum advertisse videor (scis enim quam attente te audire soleam), te non tam res gestas quam mores instituta atque vitam imperatorum spectare solere in habendis aut non habendis honoribus.

Quod si in mea causa considerabis, reperies me exercitu imbecillo contra metum maximi belli firmissimum praesidium habuisse aequitatem et continentiam. His ego subsidiis ea sum 25 consecutus, quae nullis legionibus consequi potuisse, ut ex alienissimis sociis amicissimos, ei infidelissimos firmissimos redderem animosque novarum rerum exspectatione suspensos ad veteris imperi benevolentiam traducerem.

**II. Sprachliche Erläuterungen:**

1. Wie sind die Abkürzungen in Z. 1 aufzulösen?
2. Erklären Sie die sprachlichen Bedingungen, die zu den Wortformen desideri in Z. 15 und negaram in Z. 16 geführt haben!
3. Erklären Sie die Genetive in Z. 2!